Queritur vero hic post collectionem
ex multis psalmis et quare non-
nominatur psalterium david potius
dicitur unus liber quam plures libri
Secundo queritur quis sit tytulus huius
libri Queritur tercio eciam huic
libro ponatur titulus psalterium quare
sic dicatur psalterium Quarto
queritur utrum david solus fuisset
auctor psalmorum vel alii
ex prophetis fuerunt sibi coadiuto-
res Quinto queritur utrum psalmi
eo ordine quo ordinati sunt in
psalterio adhuc vel aliis sunt facti
sic quod primus secundum tempus prius sit
factus et secundus post et ultimus ultimo
Sexto queritur quare psalmi vel plu-
res continent ad hos canticas
Queritur septimo utrum omnes partes que
ponuntur in psalterio dicantur psal-
mi vel alio nomine aliqua ex eis
nominentur Octavo queritur ubi in-
cipiat psalmi in psalterio et ubi
terminent psalterium Queritur nono
quare vel quali nomine psallebant psal-
mi et cantica quoniam vocentur
et hec autem antiqua testamenti
Decimo queritur quis fecisset tytulos
psalmorum Queritur undecimo ad
quid tytuli sunt facti cum tamen ab ali-
quibus videantur esse superflui
Duodecimo queritur quid significet psal-
terium in figuram factum Queritur
tercio decimo quis eorum melius scripsisset super
psalterium inter doctores Quarto
decimo queritur si doctores qui scrip-
serunt super psalterium ut et super a-
lios libros sacre scripture discorda-
verunt sed cum non magis accordem

sit cum omnium illorum recipiatur certum
Quintodecimo queritur utrum hec collectio quam facit
augustinus et cassiodorus dicitur unus liber et secundum
ieronimum quinque libri potius dividatur
in quinque libros vel in tres quinquagenas
Queritur sextodecimo quis sit modus tractan-
di in hoc libro Decimoseptimo queritur
que sit materia huius libri
Ad primam questionem quando queritur utrum psalterium
potius dicatur unus liber vel plures libri
unus secundum ieronimum et opiniones sunt super hoc
quod psalterium potius dicatur plures libri quam
unus liber hec est quod psalterium dividitur
in quinque libros et non est unus solus
liber Et est eciam secundum suorum motivum
nam ieronimus in epistola ad marcellam de
diapsalmate scribit quod [illegible] quinque librorum
hebreorum diligentissime explicatum est
quod hebrei in finibus librorum unus eciam
solent subnecti scilicet amen fiat fiat
vel secundum psalmum quod exprimit pater Cum
autem in fine cuiuslibet quinque dictarum psalmorum
ponatur fiat fiat duplicatio videtur
quod merito auctoritate sunt distinc-
tum psalterium in tot libros quot sunt par-
tes in quibus fine posito fiat fiat Sic
quod primum eciam primus liber terminatur in xl°
psalmo scilicet Beatus qui intelligit Secundus
in lxxi scilicet Deus iudicium tuum re-
gi da Tercius in psalmo lxxxviii
scilicet misericordias domini Quartus in cv° scilicet Lauda-
te dominum in sanctis eius Et sic primum
ieronimum sunt plures libri Et non unus
liber Tamen secundum augustinum et suos sequaces
scilicet cassiodorum senatorem petrum lombar-
dum magistrum ordinariam et cetera se-
quaces non dicitur hec collectio liber nisi
distinctionem in plures libros Sed unus
liber et distinctionem in tres quinquagenas
Et dicitur in quo questio quindecima Ad mo-
tiva vero augustini sicut questio probat

no

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bibliotheken der Stadt Mainz
Wissenschaftliche Stadtbibliothek

DFG

Wissenschaftliche Stadtbibliothek Mainz
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/mzstb_hs_i_113/0455